

The story of Cloelia.

Cloelia's bravery is admired by the Etruscan king Porsenna and celebrated by the Romans.

Ōlim grave bellum erat inter Rōmānōs et Porsennam, Etruscōrum rēgem. Postquam Porsenna Rōmam pervēnerat, inter obsidēs quōs Rōmānī ad rēgem tradidērunt, Cloelia quoque fuit, nōbilis virgō, unā cum multīs aliīs virginibus puerīsque. Quia rēgis castra haud procul a ripā Tiberis locāta erant, Cloelia custōdēs dēcēpit et dūcens agmen feminārum captārum, perīcula contemnens, inter tēla hostium, Tiberim trānāvit. Ut id regī nuntiātum est, ille statim, incensus irā, lēgātōs Rōmam mīsīt ut Cloeliam reposceret. Rōmānī foederibus oboedīvērunt et eam restituērunt. Tum rex, ad Cloeliae virtūtis admīrātiōnem mōtus, nōn solum eam Rōmam remīsīt, sed etiam eī dōnāvit obsidum partem. Postquam pax redintegrāta est, Rōmānī Cloeliae virtūtis novum genus honōris tributāvērunt, statuam equestrem: in summā viā Sacrā pōsita est virgō īnsidens in equō.